Quelle: http://manuscripta.at/?ID=32271
Copyright: Lilienfeld, Zisterzienserstift

isse illis semel dicta sufficeret. Si quicquam prudentie aut hu-
manitatis habuisset. Sed tunc illi maiore indignatione succensi
ad multa atrociora prosiliunt, ut tante severitatis virum ad
idolorum compelleret immolationem. Sanctus vero Privatus episcopus
nutu dei constantiam habens animi ad omnia tolera-
nda respondit: Adhibete ergo quelibet cruci-
atuum genera, finem vite imponite. Quid
putatis? Ego in nomine dei mei aliud esse quam
sum non possum. Melius est enim mihi expectare presentes
penas quam vobis et demonibus vestris stultissime serviendo
cruciatus perpetuos non evadam. Et cum hec et alia plura re-
clamaret, quasi tunc passio inchoaretur, sic in eum cepit sevire bar-
baries, et tamen maioribus flagris ardencioribus flammis
et novis penarum vulneribus excruciatibus sacerdos dei atque con-
fessor exanimis relinquitur. Posthec barbari cum viderent
se nichil proficere, pacem ab obsessis pecierunt. Quod quis dubitet
meritis sancti antistitis et confessoris fuisse concessum, adeo ut
continuo post illius passionem tota hostilitas ab obsessione dis-
cederet. Plebs vero egrediendi tandem libertate concessa, ad episcopum su-
um cucurrit. Beatus vero confessor aliquantulum temporis deinceps man-
sit incorpore, et ipsa tamen cruciatione quassatus non multum post seculo ex-
cedens, ad gloriam sibi debitam commigravit. Sanctorum vero martyrum bo-
nosii et maximiani ut invenitur in gestis festivitas agitur
celebris. Qui christi devoti extitere cultores et viam domini alacriter
predicantes, hodieque premium consecuti sunt vite. Qui in mundo fortes
fuere in fide. In hispaniis in Iulii Iuliani augusti. Colodii
sacre recitantur memorie. Ipoliti quoque luxurii. tiani leondi
memorantur exequie. Passio Symphoriani martyris.

TEmpore illo sub aureliano principe cum adversus no-
men christianum persecutionis dire procella detonaret, et ad
delendam religionem catholice legis impii sui decre-
ta conduceret, erat tunc in augustudunense urbe fausti nobilis
viri filius simphorianus christiane mulieris litteris bene institutus et mo-
ribus, ita ut primeve indolis florentes annos senum anticipans
vitam inmaculate mentis sinceritate superaret. Hic itaque cum in
adolescentia crescens transisset infantiam, in etas feliciter au-
spicata in robur virile migraret, tantam spem omnium virtutum
suarum omnibus bonis fecit, ut illum omnes boni cum supernis virtutibus

tute consortium meritorum admiratione iudicarent. Illustra- 168
bat enim eum celestis sapientia, geminis ornata simplicitate
et iustitiam vite intra te tenens, felicis gubernaculi defensione
servatur. Naufragium mundi male blandientis elap-
sus est. Erat tunc edua civitas antique nobilitatis
titulis et sacrilege religionis referta cerimoniis erro-
ri. famulans diversis idolorum templis vane superstitionis
amore tenebatur. Berecinthie, apollinis et diane cul-
tum speciali dilectione venerata est. Ad berecinthie matris
demonum profanam sollempnitatem populorum multitudo con-
venerat. Eraclius vir tunc consularis in eadem urbe sedebat
ad requirendos discutiendosque christianos sagaci inquisitione
sollicitus. Sanctus simphorianus affuit. Et quia statuam berecinthie
que carpento portabatur agminibus stipata populorum deprec-
tam adorare noluit, publice seditionis obtentu comprehensus
tenetur. Et eraclio consulari statutus ingeritur. Cui ille pro tribu-
nali residens dixit. Nomen condicionemque designa. Ille respon-
dens dixit. Simphorianus dicor. christianus sum. Iudex dixit. Christianus
es? quantum video latuisti nos. nominis autem huius non magna profes-
sio est. Cur dee matris effigiem profana abusione despiciens
adorare noluisti. Simphorianus et cetera. Paulo ante iam dixi christia-
nus sum. Deum vivum adoro qui regnat in celis. Simulacrum vero
demonis non solum non adoro, verum etiam si permittis malleis il-
lud mea auctoritate comminuo. Iudex dixit. Iste non solum sa-
crilegus verum etiam rebellis conatur existere. An huius loci cives
sit edicat officium. Ex officio dictum est. Hinc est et nobilis fa-
milie. Iudex dixit. Iocaris tibi simphoriane gloriosa indole
hec tibi sub ambiguum fama cepit suadere mandatum. Ignoras
forsitan quod principum nostrorum secta sanxerit. Officio recitante
pandatur. Ex officio recitatum est. Aurelianus imperator singulis
administratoribus suis atque rectoribus. Conperimus ab his
qui se temporibus nostris christianos dicunt legum precepta violari. Hos
comprehensos nisi diis sacrificaverint, diversis punite cruciati-
bus. quatenus habeat et districtio prolata iustitiam, et inresecan-
dis criminibus ultio terminata iam finem. Lectis imperatoris pre-
ceptis iudex dixit. Quid ad hec simphoriane respondes?
Numquid possumus decreta convellere? Duplex tibi crimen in-
tenditur. Videris et pro despectione sacrilegium perpetrare et ple-